

Band IX., Nr. 4164, Seite 489-490

*Kloster Gnadental und Johanniter kommende Hall beurkunden einen
Gütertausch und gegenseitige Verpflichtungen auf Grund der
Jahrtagestiftung des Haller Bürgers Frizemann von Backnang.*

Ohne Ortsangabe, 1291. Juli 18.

Nos Petrisa abbatissa totusque conventus sanctimonialium in Gnadental recognoscimus tenore presentium litterarum, quod . . commendatori et fratribus domus hospitalis in Hallis assignavimus unum feodum situm in Hürlebach aput Waldenberc, quod feodum colit Waltherus dictus Niezman, et idem feodum solvit annis singulis tres libras Hallensium et dimidiam, et in dicto feodo dicti fratres de hospitali percipient singulis annis duas libras et quinque solidos Hallensium. Residua pars dicte pecunie cedet nobis, nisi tunc aliquem defectum in duabus libris et V solidis Hallensium paterentur fratres memorati, hunc defectum de parte residua pecunie ipsis sument. Item anniversarium Frizemanni de Bakenanc quondam civis de Hallis in vigilia sancti Barnabe apostoli peragemus, in quo anniversario fratres de hospitali predicti nobis unam libram Hallensium et V solidos de dicta pecunia assignabunt. Si vero negligentes exstiterimus, ita quod anniversarium dicti Frizemanni non peragemus, dictus . . commendator et fratres de hospitali dabunt prefatam libram et V solidos Hallensium quibuscunque ipsis videbitur expedire.

Preterea¹ nos . . commendator et fratres de domo hospitalis predicti recognoscimus per presentes, quod . . abbatisse et conventui de Gnadental e converso assignavimus duas libras et quinque solidos Hallensium super domibus sitis in civitate Hallis, quarum unam inhabitat Bertoldus rasor dictus Norelle, de qua dabit dictis sanctimonialibus singulis annis in festo pentecostes unam libram Hallensium et in festo beati Martini unam libram. Aliam domum inhabitat Wolvelinus pistor, de qua dabit dictis sanctimonialibus singulis annis in festo pentecostes quinque solidos Hallensium. Item recognoscimus, quod dictis sanctimonialibus dabimus unam libram et quinque solidos Hallensium in vigilia beati Barnabe apostoli singulis annis ad servitium de censibus sitis in Hurlebach pro eo, quod peragere tenentur anniversarium Frizemanni de Bakenanc prenotati in vigilia sancti Barnabe apostoli. Item recognoscimus, quod dabimus singulis annis de dictis censibus domine Otilie sorori Frizemanni predicti in claustro prefato commoranti in die beati Martini, quoad

¹Hier beginnt in A eine neue Zeile; ein Abschnitt wird in A und B durch den besonders grossen Anfangsbuchstaben angezeigt.

II

vixerit, unam libram Hallensium et, postquam dicta Otilia decesserit, dicta libra Hallensium singulis annis assignabitur perpetuo sanctimonialibus prenotatis. Item recognoscimus, quod, si nos negligentes exstiterimus in danda pecunia in terminis ut prescriptum est, predicte sanctimoniales habebunt respectum in feodum in Hürlebach sepedictum, quoadusque ipsis satisfactum fuerit a nobis de pecunia memorata. Testes huius ordinationis sunt: frater Heinricus de Minzenberc, frater Cunradus Paganus, frater Burchardus de Hallis et frater Heinricus de Scheffowe, Wernherus de Crowelsheim, Cûnradus dictus Letenher et Cûnradus monetarius dictus Trillir cives de Hallis et quam plures alii fide digni. Et ut predicta firma et irrefragabiliter observentur, sigillo domini . . abbatis monasterii in Schõnental Cysterciensis ordinis et nostrorum, videlicet . . abbatisse in Gnadental et domus hospitalis in Hallis sigillorum munim[in]e presentem litteram fecimus roborari.

Datum anno domini MCCLXXXI., quintodecimo kalendas mensis Augusti.

—

Textabdruck nach dem Original.

An A Siegel: 1) s. WUB, Bd. VII, S. 120, Nr. 2181. 2) s. WUB, Bd. VII, S. 151, Nr. 2227. 3) des Johanniterspitals in Hall, rund, 33 mm., das Haupt Johannis des Täufers auf einer Schüssel, von der Gloriole umgeben; Umschrift: + . S . DOMVS . HOSPITALIS . DE . HALLIS. An B das dritte und ein Teil des zweiten Siegels erhalten. Die Urkunden sind Kerfzettel, auf dem in gerader Linie durchgeschnittenen Zwischenraume stehen je hälftig die Worte: In nomine dei patris omnipotentis.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

A: HStA Stuttgart, B: HZA Neuenstein

Signatur/Titel des Originals:

A: B 352 U 51, B: GA 10 Schubl. 21 Nr. 11

Überlieferung und Textkritik:

2 Originale; Original B war ehemals im Fürstlich Hohenlohischen Hausarchiv in Öhringen. Abschrift im Kopialbuch HStA Stuttgart H 14 Nr. 155, S. 45, Nr. 49. War auch im 1944 durch Fliegerangriff verbrannten Diplomatar HStA Stuttgart H 14 Nr. 118, S. 75.

Editionen:

Wibel: Hohenlohische Kirchenhistorie, Bd. 2, Codex Diplomaticus, S. 115, Nr. 98 (unvollständig).

Regesten:

Zeitschrift Württembergisch-Franken, Bd. 9, S. 79.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Backnang Wohnplatz (1312)

Backnang, WN

Crailsheim Wohnplatz (2822)

Crailsheim, SHA

Gnadental Wohnplatz (3103)

Gnadental, Michelfeld, SHA

Hurelbach Wüstung (21972)

Hurelbach, Kupferzell, KÜN, W

Kloster Schöntal Wohnplatz (2651)

IV

Kloster Schöntal, Schöntal, KÜN

Münzenberg, FB

Schwäbisch Hall Wohnplatz (3361)

Schwäbisch Hall, SHA

Unterscheffach Wohnplatz (3488)

Unterscheffach, Wolpertshausen, SHA

Waldenburg Wohnplatz (2688)

Waldenburg, KÜN